

to Singulorum opus. Sexto ornamentum. Septimo Sacrorum or-
 namentum. Octavo Publici profani ornamentum. Nono Priuatori
 um ornamentum. Decimo operum instauratio, additi na-
 uis, æraria historia, numeri & linearum, quid
 conferat architectus in negotio.



LEONIS BAPTI-
 STAE ALBERTI, DE RE AEDIFICATORIA.

Liber primus, qui de Lineamentis inscribitur.

De Lineamentis, & eorum uicinatione. Caput I.



DE LINEAMENTIS AEDIFI-
 ciorum conscripturi optima, & elegan-
 tissima quæq; a peritissimis maioribus
 fuisse literis tradita, & quæ in ipsis operi-
 bus faciendis esse obseruata animaduer-
 terimus, colligemus, nostrumq; hoc in
 opus transferemus. His etiam addemus
 si quid nostro ingenio, & peruestigandi
 cura, & labore adinuenerimus, quod q-
 dem usui futurum putemus. Sed cum hu-
 iusmodi rebus alioquin duris & asperis,

atq; multa ex parte obscurissimis conscribendis me cupiam esse aper-
 tissimum, & quoad fieri possit, facilem, & expeditissimū, nostro pro-
 more explicabimus quid nam sit quod aggrediar. Nam hinc nō ne-
 gligendi rerum dicendarum fontes patebunt, unde cætera æquabili-
 ore oratione dicantur. Rem igitur sic ordiemur. Tota res ædificato-
 ria lineamentis, & structura constituta est, Lineamentorum omnis uis
 & ratio, consumitur, ut recta, absolutaq; habeatur uia, coaptandi, in

Quibus ar-
 chitectura con-
 stituatur,

A 3 gen/